



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An filios legitimos habens vltra quintam partem suorum bonorum
expendere possit in pios vsus anima sua. Cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

calamitatum, & egestatis. Ergo à fortiori vxor, ex iure naturali, & diuino: contra quod præualere non potest lex humana, poterit parentibus, & filiis sic indigentibus cum prædicto moderamine, subsidia conferre. Quod verum est in conscientia, quidquid sit de foro iudiciali secundum Gordubam.

¶ An filios legitimos habens ultra quintam partem suorum bonorum expendere possit in pios vsus pro anima sua.

C A P. XX.

QVONIAM de vinculo restitutionis, & illationis damni copiose differendum nobis est, ita vt nihil quod desiderari merito possit, quatum in nobis est desit, illa questio quotidiana licet non triualis, hic nobis discutienda venit, vtrum pater familias filios legitimos habens, ultra quintam partem bonorum expendere possit, vel in donationes gratiosas vel in legata gratuita vel in vsus pios pro anima sua? & ne à more procedendi distincto recedamus per conclusiones respondendo. ¶ Statuitur prima conclusio. Pater, & mater filios habentes legitimos, ultra quintam partem suorum bonorum in legata gratiosa, seu donationes gratiosas expendere non possunt. Legata autem gratiosa, seu donationes gratiosas appellamus, eas donationes, seu legata: quæ testator, seu donator non ex debito legali, neque causa remittendi obsequia, vel officiosa opera sibi exhibita facit, sed ex mera liberalitate inductus fuit ad id, & non causa remunerandi seruitia. Hæc conclusio patet ex recopilatione noua legum, verbo melioratio. l. 12. vbi lex hoc expresse decernit.

¶ Secunda conclusio pater & mater non carentes filiis legitimis, pro expensis suorum funeralium, & pro cereis, & Missis tunc dicendis, pro legatisque gratiosis insumere ultra quintam partem suarum facultatum non possunt. Hæc conclusio elicitur ex l. 12. & 13. in recopilatione noua legum vbi præsertim. l. 12. cauetur quod expensæ sepultura: & promissis, & cereis: & exequiis funeralibus, & legata gratiosa, deducantur ex quinta parte assis, & non de reliquo

dereliquo corpore bonorum defuncti, etiam si defunctus aliter mandauerit. Et quod quinta pars assis excipiatur antequam deducatur tertia vt sancitur l. 114. stili pennes finem.

¶ Tertia conclusio testator qui caret legitimis decedentibus, id est filiis, & nepotibus; si tamen ascendentes habeat, id est parentes, aut auos solum pro funeralibus prædictis; aut legatis gratiosis partem bonorum & tertiam legare potest, aut donare, & patet, quia carens descendentibus legitimis, vel naturalibus, vt verbi gratia, si habeat aliquis homo in hoc casu parentes, aut auos, tenetur eis pro suis legitimis, duas tertias suorum bonorum reseruare.

aHec conclusio elicitur ex l. 3. Taurēsi.

¶ Et licet hæc haftenus extra controuersiam vera sint, sed punctum difficultatis adhuc non attigimus, an possint parentes bona conscientia legitimis liberis minuere legitimas suas, expendendo ultra quintam bonorum partem, vel in usus pios, vel in eleemosynas pro pauperibus, vel in institutione capellanæ, & ratio quæ pro parte negatiua urget est, quia aliqui iurista pro cõperto habent, quod legata ad opera pia, ex quinta parte bonorum tantum sint deducenda, quia lex citata supra id videtur insinuare, dum expensas funeralium ex quinta parte decernit esse assumendas, sed istæ expensæ funeralium sunt ad opera pia, ergo videtur pro operibus piis tantum quinta pars sit distrahenda. Pro expeditione ergo quæstionis.

Q6. 21

¶ Sit suo ordine quarta conclusio, licet per donationes gratiosas sicut dictum est, & ex legibus allegatis pater, pater vel mater ultra quintam partem suæ substantiæ donare aut legare non possit, quando illis legitimi superstites sunt filij, aut nepotes, sed tamen legitimas aliorum filiorum extenuare potest, titulo meliorationis quo secundum leges Hispanicas in tertio & quinto (etiam suis parentibus superuientibus) vnum, vel plures filiorum, vel nepotum meliorando, augere potest: dummodò vnam dumtaxat meliorationem in tertio, vel quinto bonorum faciat, siue titulo donationis inter viuos, siue causa mortis, siue vni filiorum, vel nepotum distribuendam, siue inter multos filios, vel nepotes, prout libuerit dispertendam, cum potestate quam habet à lege, super hæc

h 3 auctione,

auctione, & melioratione imponendi quęcumque gratiamina, & conditiones pro suo arbitratu. Quę quidem onera, seu grauiamina super meram legitimam filiorum indicare non possent. Hęc conclusio pater ex l. 2. recopilationis nouę lib. 5. tit. 6. vbi super addit. l. 3. & 4. meliorationem hanc tertij & quinti testatorem in speciali parte suorum bonorum præsignare posse, sed id alijs cõmittere nequaquã posse, indicitur quę vt hæres in parte specificata, legatum tale soluat. Quod si ad illius solutionem testator de suis bonis nihil præsignauerit, soluat ab hærede de parte bonorum quam testator reliquerit. Quę si talis sit res, quę diuidi nequeat in numerata pecunia ab hærede, tunc solui poterit.

¶ Quinta conclusio potest quoque pater minuere legitimas filiorum, etiam cum extraneis in eundo contractus onerosos, emendo, vel vendendo, vel gratificando seruitia famulorum, vel etiã benefactoribus via remuneracionis, donando etiam ultra quintam partem suorum bonorum. Iuxta merita gratitudinis, & aliquid amplius, quia secundum D. Tho. ^b perfecta gratitudo exigit, vt non solum quantum quis accepit, rependar: sed & aliquid amplius. Hęc conclusio est Nauarri ^c probatur quę, quia solum lex ciuilibis prohibet, ne pater possit in donationes gratiosas, dum habet filios, ultra quintam partem expendere. Huiusmodi autem contractus onerosi, & quidquid titulo illorum confertur, donationes gratiosas non sunt, sicut nec donationes remuneratorias beneficiorum donationes proprias sunt. Quia donationes proprias soli liberalitati inntuntur, neque debitum præsupponunt. Igitur cum leges præsertim prohibitiuas extra significationem verborum, & sensum ibi expressum, non sint extendendę sequitur tales traditiones per prædictos contractus, vel tales donationes remuneratiuas etiam ultra quintam partem, lege non prohiberi.

¶ Sexta conclusio, per fictos contractus onerosos, vel per donationes fictas remuneratorias, non potest pater (cum filij sibi sunt legitimi) infumere, vel donare ultra quintam partem suorum bonorum, verbi gratia non potest pater, vel mater in testamento, vel extra dicere dono, vel lego Petro quotam bonorum meorum ultra quintam propter

*b Tho. 22.
q. 109.
c Nauar.
Sum. Lat.
num. 59.*

propter beneficia quibus me est prosequutus, cum re vera à Petro pater beneficijs affectus sit nullis, vel si mendose dixerit, solvatur Ioanni dimidia pars bonorum meorum, propter debita, quæ titulo emptionis illi debeo. Hæc conclusio est Nauarri loco citato & probatur, quia pater taliter agens, & violat leges fraudulenter, & contra intentionem legislatoris vadit, ergo huiusmodi donationes fraudulenter, quatenus excedunt in casu cõclusionis quintæ patrem irritæ sunt, & inanes.

¶ Septima conclusio responsiva ad quæstionem, pater (etiam si suppetant sibi legitimi liberi) de suis bonis dum vivit ad veras elemosynas, operaque pia & ad Dei cultum, pro salute animæ suæ quidquid velit de sua substantia, etiam ultra quintam partem, distrahere potest. Hæc conclusio est Nauarri etiam ultra quintam partem, ut ait ibi Nauarrus, & videtur etiam hæc conclusio esse Magistri Socii quod exceptis legatis pijs, potest quis legare quintam partem cuicumque extraneo. Vnde si secundum Sorum exceptis legatis pijs, potest quis legare quintam partem. Ergo legata pia nõ computantur secundum ipsum tantum in quinta parte: Hæc cõclusio videtur esse fratris Antonij Cordubensis, quia citat, Nauar. vbi de hoc casu agit; verum vel litera est mendosa vel ita omnia sua dicta inturbare tandem videtur, ut cui sententiæ accedat, an Nauar. licet positæ, an oppositæ, non facile sit apprehensu.

¶ Conclusio hæc Nauar. satis solidis fulcitur rationibus, quia per leges civiles prohibetur propria donatio, ultra quintam partem. At donatio, & legatio pro causis pijs non proprie donatio est. Nam donatio proprie est, vbi aliquid taliter conferit aliquid gratis, & quod quoad aliquid sibi retribuendum respectu caret. At legatio bonorum, seu donatio in opera pia, pro salute, & redemptione animæ propriæ, quæ secundum Nauarrum est causa superans omnes fortunas hominis, causa retribuitiva non caret: ad quam donas dirigit mentem, ut ad scopum. Item, quia pater, in tertio, & quinto potest augere filium; vel nepotem: quia sibi sunt proximi sanguine. Quare ergo cum naturaliter charior, & coniunctior sit sibi sua anima, pro salute illius spirituali, dum decenti statui filiorum consulat, non poterit

d Summa
Lat. c. 26.
num. 39.
e Nauar.
in addi. s.
per 26. ca.
num. 39.
f Sorus. 2.
tom. sent.
dist. 41. q.
nascia. art.
4.
g Dona
pprie sunt
qua nulla
necessita-
te iuri of-
ficio ve, sed
sponte præ-
stantur. l.
munus. ff.
de verbor.
signifi. &
ista dicitur
ver. & ab
soluta. l. se-
natus. ff.
de donat.
cau. mors.

terit ultra quintam partem de suis bonis impartire? Propter has rationes, & consideraciones, & quia hæc non est vera donatio, sed donatio, ob causam, & tantam quæ exuperat omnes fortunas dicit Nauarrus se bis defendisse à murmure quorundam eruditorum illustrissimam dominam Mariam de Mendoza, quæ in iuuandis pauperibus largissimas erogando eleemosynas, regibus & reginis non inferior videretur fuisse.

¶ Octaua conclusio corollaria ex supradictis sequitur, quod tam pater quam mater in vita, potest instituere capellaniam, etiam si in ea instituenda ultra quintam partem suorum bonorum infumat. Hæc conclusio colligitur ex sententia Nauarri, eiusque fundamentis. Patet, quia in hoc casu, non fit contra legem, quia lex solum prohibet parenti habenti legitimam prolem, ultra suarum facultatum quintam partem, facere donationes gratiosas. Ista autem capellanæ fundatio donatio gratiosa non est, sed potius onerosus contractus, ergo non committitur fraus in legem si in capellania instituenda, dum consulatur statui filiorum, ultra quintam partem bonorum expendatur.

Q. 2. ¶ Porro, quia forte iuristæ magis scrupulizabunt, an per viam testamēti, in articulo mortis fieri licite possit ut pater pro anima sua in pios usus ultra quintam partem erogat, difficultas hæc missa ut fiat, non oportet. Quare ut perspicua fiat, nona statuatur conclusio, pro pōpa funerali corporis præsentis, & pro missis, & pro cereis exequiarum defuncti, ultra quintam partem bonorum à testatore habenti filios legitimos legari non potest. ¶ Hanc conclusionem lex 13. in recopilatione noua legum verbo. melioratio comprobatur. Neque in ea dissentimus à iuristis: nisi in hoc tantum quod arbitramur illam legem prout sonat, solum prohibere expendi ultra quintam partem pro funeralibus. Caterum de pijs operibus: quæ extra funeralia in alijs temporibus, locisque pijs mandantur fieri, legem nihil interdiceret aperte, extimamus. ¶ Quare lex hæc ut pote odiosa contra voluntatem testatoris rationabilem non est extendenda prout aliqui iuristæ faciunt, sed restringenda.

¶ Quare pro maiori claritudine. Decima statuatur conclusio quidquid sit de foro exteriori, credo in conscientia

scientia posse sustineri, scilicet quod testator legitimus habens liberos, etiam mortis tempore in suo testamento ultra quintam partem pro instituenda capellania, vel ad infundendum in opera pia pro anima sua, & pro redemptione peccatorum legare possit. Hæc conclusio videtur esse Nauarri in summa latina ubi aperte docet in vita dum vivit, huiusmodi patrem prædicta posse facere, quia lex quæ prohibet fieri donationes gratiosas (quæ habetur in l. 12. contenta in recopilatione noua legum. titulo de melioratione) ultra quintam partem expressè loquitur tam in vita, quam in morte. Sed hæc donatio in opera pia secundum Nauarrum, quia non est proprie donatio, sed ob causam, potest fieri in vita, ergo etiam secundum ipsum in morte.

¶ Adde quod Nauarrus non docet solum quod prædicta possit facere pater, dum compos est vitæ: sed absolute ait posse donare. quidquid velit pro anima sua. Cui videtur accedere Sorus ubi rursus repetendo, dicimus docuisse quod exceptis legatis pijs potest, quis legare quintam partem cuiunque extraneo. Vbi cum excipiat legata pia, illa non computat in quinta parte, sed ea ultra quintam partem posse legari insinuat. At legata pia non sunt regulariter nisi in testamento, ergo secundum Sorum ea in testamento fieri ultra quintam partem non videtur in conscientia esse illicitum, quia ut supra diximus potest augere legitimam filij, vel nepotis per meliorationem. Ergo multo æquiori ratione sic subuenire poterit saluti animæ suæ, ut pote sibi coniunctionis.

¶ Ultimo denique comprobatur, quia cum opposita opinio odiosa sit pijs operibus, opinio hæc Nauarri in fauorem testamenti, & impletionis voluntatis defuncti & pijs legatorum est. Opposita autem opinio contra libertatem ecclesiæ cui legata pia fieri possunt videtur militare. Ergo magis nostra opinio quæ videtur clare esse Nauarri est in conscientia acceptanda, quidquid sit de foro exteriori, ubi etiam, quia lex prædicta est odiosa pijs operibus, & voluntati defuncti: de donationibus gratiosis, quæ proprie sunt donationes tantum, venit ex æquitate interpretanda, & non delegatis pijs.

¶ Secunda conclusio resolutoria, licet propter prædicta

h 5 etas

Has rationes probabile appareat, quod etiā in articulo mor-
 tis, pater nō carens filijs legitimis, vltra quintam partem
 pro alijs operibus pijs distinctis à funeralibus possit in
 suo testamento licite legare: hoc tamen eatenus concedi-
 mus patres posse facere, quatenus debito subsidio, pro
 decencia status sustentanda filijs consulant, neq; in hoc
 eos defraudent. Hæc conclusio elicitur ex Diuō Paulo
 exponente ius naturæ, aut ius gentium sic docente, qui
 suorum curam non habet, est infideli deterior. & patentes
 debent thesaurizare filijs, & patet etiam ex Diuō Augu-
 stino dicente nulla lege permittitur ecclesias ditare, & fi-
 lios in egestate relinquere. Ergo non sunt defraudandi
 filij in ad statum necessarijs, quibus suppletis, neque sic
 arctanda est voluntas testatoris, vt saluti animæ suæ non
 possit prospicere, aliquid plus vltra quintam partem
 in pios vsus pro ea legando. An hæc mea conclusio in fo-
 ro exteriori cum isto moderamine sit acceptata, mihi
 non satis constat, quanquam etiam senatus regalis dūm-
 modo nimium non defraudentur filij, non deberet pijs
 voluntates testatoris præpedire.

1 ad Tim.

5.

2. ad Cor.

11.

¶ De bonis habitis, vel acceptis à filijs adducendis ad parti-
 tionem, vel non.

CAP. XXI.

IAm de iure quo filius possit plus obtinere de bonis
 paternis, quam cæteri fratres. & quando si quid plus
 acceperint filij ad cumulum partitionis cum alijs fra-
 tribus partiendum, sit adducendum, nobis differendum
 restat.

Q. II.

¶ Quare quaeritur, quando filius nondum emancipa-
 tus cum pecunia patris, vel bonis paternis negociando est
 aliquid lucratus, an post obitum patris istud lucri sibi
 vendicando possit retinere an ad acruum partitioniste-

a. **Filius** neatur illud afferre? Pro cuius quaestionis intellectu, præ-
 est testari supponamus oportet quatuor esse genera bonorum, aut
 de peculio peculiorum: quæ filij viuentibus parentibus habere pos-
 castrensis. sunt, scilicet castrensis, quasi castrensis, aduentitia & pro-
 forte. ff. de fectitia.

castrens. spe-
culio.

¶ Castrense autē peculiū id appellatur: quod filius in
 bello acquirat. & de hoc potest disponere filius pro libito.

¶ Quasi